

1940.

1313 d. 4 Oct.

Wadstena.

Konung BIRGER förkunnar invånarne i Husby socken på Wikbolandet, att han, på Ärkebiskop Nils's tillstyrkande, lagt deras kyrka under det kanonikat, som Nils Sigvasti innehar vid Linköpings domkyrka, och befäller dem att visa bemälde Kanik och hans prest lydnad och låta dem bekomma sina rättigheter. (Jfr. N. 1939).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 128 v.

BYRGERUS dei gracia sweorum gothorumque Rex Omnibus et singulis parrochianis ecclesiam Husaby inter wykæ inhabitantibus in domino dilectionem et salutem Quia ob interposicionem et consilium venerabilis patris Dominj N. dei gracia archiepiscopi vpsalensis liberaliter consensimus quod predicta vestra ecclesia propter bonum pacis tollenda pericula maiora et scandala remouenda canonie quam de facto in ecclesia lincopensi obtinet Magister nicholaus sigvasti canonicus Lincopensis secundum quod in nostris litteris super hoc confectis continetur expresse perpetuo sit annexa Volumus et districte precipiendo mandamus quatinus magistro Nicholao tamquam nostro dilecto clerico et presbitero suo tamquam vestro curato cum obedientia et reuerencia debitis de omnibus iuribus parrochialibus eo deuocius et peramplius deinceps studeatis exhibere iusticie complementum, quo ipsa vestra ecclesia iam diucius vacillauerat non absque grauibus periculis animarum et ipsius magistrj nicholaj dispendium [o: dispendio] et iactura Speramus enim firmiter quod in omnibus que supradicte uestre ecclesie comoda et vestram consolacionem spiritualem respiciunt vobis sicut pater preesse debeat et prodesse Datum apud wasterar Anno dominj M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> tercio decimo die beati francisci confessoris.

*Allmän öfverskrift:* Littere super prebenda canonicali algudhawi (sancti michaelis).

1941.

1313 d. 6 Oct.

Strengnäs.

DOMPROSTEN och KAPITLET i Strengnäs stadfästa de privilegier, Wårfruberga kloster af Biskoparne Anund och Styrbjörn erhållit i afseende på de kyrkor, som blifvit lagda under klostret. (Jfr. N. 1787, 1788).

Örnhjelms afskr. Kyrko- o. Klosterbref. XI: 1338 \*).

Omnibus presentes litteras inspecturis PREPOSITUS ac CAPITULUM Ecclesie Strengnensis salutem in omnium salvatore, placens et Deo grata sanctimo-

---

\*) Enligt Örnhjelms anteckning, "collat. med orig. permebr."